



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De postulando. Titulus XXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

De postulando.

Titulus XXXVII.

S V M M A R I A.

- 1 Postulare quid sit.
- 2 Postulare quilibet potest.
- 3 Postulare prohibitum tres sunt ordines, qui
dam in totum postulare prohibentur.
- 4 Quibusdam pro cluis ne postulent prohibetur.
- 5 Quibusdam non in totum denegatur postulan-
dus facultas, sed ne pro omnibus postulent.
- 6 Sacerdotibus indifferenter prohibetur postu-
latio.
- 7 Diaconi, subdiaconi, etiam sine titulo promoti,
& clerici in minoribus ordinibus constituti
si stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram
iudice seculari aduocati in secularibus nego-
tiis fieri prohibentur.
- 8 Secus in causis ecclesiasticis.
- 9 Clerici contra ecclesiam, à qua beneficium ob-
tinet, pro extraneis aduocati pena.
- 10 Clerici omnes indistincte in foro ecclesiastico
Aduocati & procuratores esse possunt.
- 11 Monachi & Canonici regulares non possunt ef-
fe aduocati.

N pactione, transactione, tractatu &
discussione litiū, vocati ad iudicia solent
ibi querere & adhibere aduocatos, ideo
compilator ante tractatum de iudiciis præ-
mittit de postulando. Postulare t̄ est delide-
rium suum, vel amici sui, apud eum, qui iu-
risdictioni præst proponere, vel alterius
desiderio contradicere, l. i. §. postulare ff. hoc
nt. Gail. obs. 43. lib. 1. Quilibet t̄ postulare
potest, nisi prohibeat tam ingenuus, quā
libertus, l. 2. C. hoc tit. literatus, & illiteratus,
dummodo habeant experientiam causarū
ex consuetudine, l. pen. C. deiud. l. i. §. postulare
& ibi glos. in verbo exponere ff. hoc tit. verum il-
literatus inter aduocatos non numeratur.

l. nemini §. iubemus §. nec de cetero C. de aduoc. di-
uers. iud. l. i. §. aduoc. ff. de var. & extraord. cognis.

Prohibitorum t̄ tres sunt ordines, c. infra 3
mes §. nam vt præmisimus 3. qu. 7. l. 1. ff. hoc tit.
quidam in totum postulare prohibentur, vt
minor annis decem & septem, qui eos non
in totum compleuit: §. fin. in fine Inst. quibus
ex caus manumittere non licet l. i. §. initium au-
tem ff. hoc tit. surdus qui omnino non audit,
quia decretum prætoris exaudire non po-
test; d. l. i. §. propter casum c. infames §. nam vt
præmisimus 3. quæst 7. quibus iudex, quia pro
se prohibentur postulate, aduocatum dat
cum salario clientuli, & datus cogitur pa-
tronum suscipere, nisi iustum excusatio-
nem habeat, d. l. i. §. ait prator. & ibi glos. in vero
bo non habebunt & D. l. prouidentum C. hoc tit.
In secundo ordine ponuntur ii, qui pro aliis
ne t̄ postulent, prohibentur vt mulieres, ne 4
contra pudicitiam sexui congruentem viri-
libus officiis fungantur: d. l. i. §. secundo loco l. a.
lienum C. de procurat. cæcus utrisque lumini-
bus orbatus, quia insignia magistratus vide
re & reuerteri non potest, d. l. i. §. casum; &
personæ turpitudine notabiles, vt mulie-
bria passus, de capitali crimine damnatus,
calumniæ causæ iudicio publico damnatus,
qui operas suas, vt cum bestiis pugnaret, lo-
cauit, siue depugnauit, siue non: sed est æ-
quissimum si tutelam vel curam huiusmodi
per sonæ administrent, postulare eis pro his,
quoram curam gerant concedi. d. l. i. §. re-
mouet autem & §§. seqq. d. cap. infames §. alii pro-
hibentur l. fœminis ff. de procurat. Tertius ordo
est eorum, quibus non in totum t̄ denegatur §
postulandi facultas, sed ne pro omnibus
postulent, quasi minus deliquerint, quam
hi, qui superioribus capitibus notantur; vt
qui leg. l. improbum. C. de his qui not. infam. l.
eadem §. i. ad leg. lul. rep. plebiscito, l. plebis-
cito ff. de offic. præf. l. solet in fin. ff. de off. procons. &
leg.

leg. senatus consulto, l. 1. ff. ad l. iul. de vi priuat. L. 1. §. 1. A. ad Leg. iul. de ambitu, ac etiam principum placito, l. fin. C. hoc sit. l. iubemus §. petitiones C. de aduoc. diuersi iud. l. si quis maior C. de transact. postulare prohibentur, edictione prætoris, l. pen. l. quos prohibet & ibi gloss. 1. 2. ff. hoc tit. aut iudicis decreto, l. 1. §. prouidendum C. hoc titul. l. puto §. 1. l. ex ea ff. eod. cum distinctione, quod si afficiat personam, porrigit esse etum suum ubique locorum; si non afficiat, quia fertur ex causa, quæ non irrogat infamiam, porrigit effectum ad villas, & castra territorii illius, sed non extra territorium iudicis, d. l. ex ea & ibi Bald. numer. 1. & 2. & DD. communiter, etiamsi lex, aliave constitutio generaliter & indefinite loquuntur, & in illis non inueniantur aliquæ personæ exceptæ, l. 1. §. ait prætor. qui lege & ibi gloss. in verb. ait prætor. vers. sed quomodo ff. hoc tit. & omnes qui editio prætoris ut infames nota-
tur, non tamen summa infamia, l. 2. §. igno-
minia vers. ait prætor. cum leg. seq. l. furti §. fin. cum l. seq ff. de his qui not. infam. Qui omnes pro se, & certis personis postulant, videlicet pro parente, patrono, patronae; libe-
ris parentibusue patroni, patronæque, l. be-
tis suis, fratre, sorore, vxore, certis personis
affinitate præsenti, non quæ quondam fuit coniunctis; ac iis quorum tutelam & curam gerunt; & generaliter quando non sponte, sed necessario officio funguntur: pro aliis autem non postulant: qui aduersus ea fecisse monstretur, pro aliis interdicta postula-
tione repellitur, & pro aestimatione iudicis extra ordinem pena pecunaria multatur,
l. 1. §. qui aduersus & §. ut initio, & §. ait præ-
tor. & ibi gloss. in verbo lege & §§. seq. & l. cui eo-
rum cum b. seqq. ff. hoc tit. & ibi gloss. & DD. d. 6.
infames §. alii enim omnes & §§. seqq. Sacerdo-
tibus indifferenter † prohibetur postulatio,
præterquam in quatuor casibus: c. cum sacer-

dotis & ibi Pan. post Ioan. And. & alios hoc in. contra Hostien. clerici in subdiaconatu & dia-
conatu, etiamsi sint sine titulo promoti; in minoribus quoque ordinibus constituti si stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram sacerdotali iudice aduocati in sacerdotalibus ne-
gotiis fieri prohibentur; nisi propriam cau-
sam, aut ecclesiæ fuerint prosecuti, vel si ne-
cessitas imminet pro personis coniunctis,
aut miserabilibus, quæ proprias causas ad-
ministrare non possunt, c. i. c. fin. hoc tit. & v-
erbiq;ne gloss. & DD. in causis ecclesiasticis
† coram iudice sacerdotali aduocati officio &
fungi possunt, Pan. in c. i. num. 3. & 4. hoc tit.
per ext. d. cap. 1. sumpto argumento à contrario sen-
su. Dicitur negotium ecclesiasticum, aut ra-
tione personæ, ut quia persona ecclesiastica,
sequendo forum rei, litigat coram sacerdotali;
c. experientia cum cc. seqq. 11. quæst. 1. vel ratione
delicti, ut quia pro sacrilegio, ecclesia vult
conuenire laicum, coram iudice sacerdotali, c.
cum sit generale de foro compet. vel ratione rei
de qua agitur, ut quia res est ecclesiæ, c. si clericus de foro compet. Pan. in d. c. 1. numer. 2. hoc tit. 2.
alias quod si constituti in minoribus ordinibus, non habent huiusmodi stipendia, coram sacerdotali iudice postulare possunt in causa
civili, gloss. in summa c. vnioco 15. quæst. 2. in fine. &
licite exigunt salarium, cap. non sane 14. qu. 5.
l. 1. ff. de var. & extra ord. cognit. lite seu causa fi-
nita, l. Architri C. de prof. & med. lib. 10. late
Sal. in l. 1. num. 7. C. de suffrag. Myns. obs. 7. & 8.
cent. 3. sed non in criminali vbi de languinis
pœna agitur, c. sententiam ne clericus vel mon-
achus cap. his à quibus 13. quæst. fin. licet quidam
contendant, eos pro accusato posse postu-
lare sed non pro accusatore, sed tutius est
abstinere, cap. aliquanto & ibi gloss. in verbo ad
sacerdotium 51. dist. 10an. And. num. xj. Pan. num.
5. Anchæ. in cap. 1. num. 7. hoc tit. Clericus † qui
contra ecclesiam à qua beneficium obti-
net,

net, pro extraneis aduocatus, aut procurator esse presumit, tanquam ingratus potest huiusmodi beneficio spoliari, c. fin. § fin. & ibi gl. fin. hoc tit. & Can. c. si Imperator & ibi gloss. in verbo beneficia & Archid. sub n. 2. & 3. & 10. Can. 96. diss. In foro & ecclesiastico omnes clerici indistincte posunt postulare, Pan. in c. 1 n. 3 hoc est per illum textum c. denique 14. quest. 5. & ibi gloss. fin. glos. in sum. 15. quest. 2. 11. Monachi & canonici regulares non posunt postulare, nisi cum utilitas monasterij exposcit, & de mandato superioris, d. cap ex parte hoc tit. & ibi gloss. in verbo imperante, tam in foro ecclesiastico quam seculari. Pan. in d. c. exp. part. n. 2.

De Procuratoribus.

Titulus XXXVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Procurator est qui aliena negotia mandato Domini gratuito administrat.
- 2 Procuratorem quilibet constituit.
- 3 Prelatus.
- 4 Clericus世俗的 ratione sua prebenda.
- 5 Sacerdos cui ecclesia est collata, commissa, commendata.
- 6 Monachus cui commissa est administratio obedientiae.
- 7 Monachus in omnibus casibus in quibus per se potest esse in iudicio.
- 8 Procurator quilibet potest constitui.
- 9 Religiosus prohibetur esse procurator.
- 10 Femeine.
- 11 Coniuncta persona in causa propria admittitur sed non in causa beneficiali.
- 12 Minor viginti quinque annis in iudicialibus.
- 13 Procurator interuenire potest in causis pecuniariorum.
- 14 In Causa criminali est distinguendum.

Summa in Decretales.

- 15 Mandatum procuratorum quomodo probetur.
- 16 Mandatum quando presumatur.
- 17 Procurator recipit potestatem seu exercitium tempore presentationis & receptionis mandati.
- 18 Consors pro consorte admittitur in causis propriphanis & beneficialibus.
- 19 Procurator & vnicus quomodo differant.
- 20 Procuratores plures simul & simpliciter deputati ad idem, complexius dati intelliguntur, & unus sine altero non debet admitti, siue sint constituti ad negotia, siue ab actore ad iudicia.
- 21 Fallit dicta regula tribus modis.
- 22 Procuratoribus pluribus datis insolidum, melior est conditio illius, qui per litis contestationem primitus negocium occupauit.
- 23 Reus non potest constituere plures procuratores simpliciter, aut insolidum, ita quod non sit melior conditio occupantis.
- 24 Procurator ad futuras controversias potest constitui, simpliciter datus non videtur datus ad futuras lites.
- 25 Gestorum a procuratore presumitur ignorantia.
- 26 Aduocatus vel procurator patrocinando actori super re, in qua ius habet, an ilud perdat.
- 27 Procurator ad negotia re integrarum a Domino potest reuocari.
- 28 Procurator ad iudicia potest per Dominum libere reuocari ante litem contestatam.
- 29 Procurator ad iudicia post litem contestatam inuitus non potest reuocari.
- 30 Procurator, postquam semel acceptauit mandatum, non potest pantere.
- 31 Procurator ad iudicia non potest substituere nisi post litem contestatam.
- 32 Procurator ad negotia datus potest libere quandocunque alium substituere.
- 33 Procurator datus ab homine cum potestate substituendi, non potest reuocare a se substit-